



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatvs De Iurisdictione Episcoporum Germaniae**

**Wintzler, Christoph**

**Coloniae, 1614**

26. An sine regalibus habeant sessionem & votum in comitiis Imperii?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10387**

hoc Anno 1613. quando Ioann. Suicardus Mo-  
guntinus, Lotharius Treuirensis Archiepiscopi  
& Ludouicus Landgravius Hassiae in persona,  
Ferdinandus Archiepiscopus Coloniensis, Rex  
Hispaniarum ratione Ducatus Mediolanensis,  
Maximilianus Dux Bauariae, Christianus Prin-  
ceps Anhaltiae & plures alii per legatos de rega-  
libus Ratisbonae per Imperatorem sunt inuesti-  
ti sub tecto, in aula Episcopali, loco residentiae  
multis conspicientibus nihil dicam, offenslich  
mit sollenniteten d. S. Und behalten vns de An-  
no 21. sub diu & theatro publice in foro ad  
hoc constructo prout Anno 66. Elector Sa-  
xoniae Augustae Vindelicorum dicitur inue-  
stitus.

## TITVLVS XXVI.

An sine regalibus habeant sessionem &  
votum in comitiis imperii.

1. **S**eculares Imperij Principes sine regalibus ad co-  
mitia non admittuntur.
2. **R**ex Bohemiae non habet sessionem ad latus Im-  
peratoris, nisi sit vncius & coronatus.
3. **M**ulto minus Principes Ecclesiastici.
4. **E**tiam seruiente termino ad accipiendum inuesti-  
turam.
5. **N**ondum juramento obligatus non recte ad consi-  
lia Domini admittitur.
6. **A**d comitia Imperij non conscribitur nisi jura-  
tus.

Cum

**C**VM seculares imperii Principes sine regalibus vel induito minime admittantur  
 1. Tob. Paurmeist. de Iurisd. lib. 1. cap. 4. nu. 7.  
 juxta consuetudinem hactenus ab immemo-  
 2. riali tempore obseruatam, sicut nec Rex Bohe-  
 miæ habet sessionem ad latus Imperatoris, nisi  
 3. sit vñctus & coronatus, Aur. bull. cap. 4. multo  
 minus ecclesiastici, ex specialibus Frederici ter-  
 tii cum Pontifice concordatis, ut ferunt, Matth.  
 Stephan. de Iurisd. lib. 2. cap. 4. part. 1. nu. 77. Thom.  
 Michaël. de Iurisd. conclus. 138. And. Knichen. de Iure  
 Saxar. Verb. Ducum Saxonie. cap. 2. nu. 11. vel ex ea-  
 dem ratione & obseruantia, qua seculares. Paur-  
 meist. c. loc. etiam seruiente adhuc termino juris  
 4. ad accipiendum inuestituram, Etsi enim intra  
 illum, feudum non fiat caducum siue apertum,  
 c. imperialem §. præterea de prohibit. feud. alienat. per  
 Fred. c. 1. Quo temp. mil. inuest. pet. in vsib. feud. ista-  
 5. men qui domino nondum est iuramento obli-  
 gatus, non recte ad eius secreta consilia adhibe-  
 tur, arg. tit. quid præced. deb. & tit. de for. fidel. nec  
 ad Comitia Imperii conscribitur, nisi juratus,  
 6. beh. dent aïdt vnd pflicht. damit er Ihr Kâys. Ma-  
 yest. vnd dem Heil. Römischen Reich zu gethan  
 & ex ea ratione legati Ducis Wirtenbergensis  
 Anno 1608. sub Comitiis mortui, etiamsi à no-  
 uo Duce nouum produxerint mandatum, ad  
 decretum Archiducis Ferdinandi in  
 Grais tunc temporis Cæsarei  
 Commissarii à consiliis ab-  
 stinuerunt.

TITV.